JP

Anno 1759no die 16to 8bris apposita est crux cum cupa, quo anno et tempore regnavit et praerat Sacrae Romano-Catholicae Ecclesiae Summus Pontifex Clemens hujus Nominis XIII. Sedes Archi-Episcopi Strigoniensis vacavit, Generalis Vicarius Capitularis fuit Illustrissimus, ac Reverendissimus Dnus Josephus Szent-Illonay Electus Episcopus Arbensis Abbas B.V.M. de Pankota etc. Parochus Tyrnaviensis. Archi-diaconus Rendissimus Dnus Martinus Turany. Vice Archi-diaconus Admodum Rendus Dnus Joannes Loviscsovich Parochus Vittencensis.

Regnante Serenissima Domina Maria Theresia Regina Apostolica Regni nostri Hungariae, nupta Serenissimo Francisco Stephano Lotharingo Romanorum Imperatori, durante bello crudeli cum Rege Borussorum Friderico. Hic Pagus Veszele Spectabat ad Illustrissimos Dnos Liberos Barones Révay Beckovienses, ad Heredes Excellentissimi Dni piae memoriae Georgij Erdödy Judicis Curiae, ad Dnum Spectabilem Franciscum Csapody, ad Dnum Spectabilem Jeszenszky. Pro tunc Parochus fuit Reverendus Dnus Ambrosius Paraszt de Csonta-falva è Seminario Mariano. Judex Comunitatis Thomas Hoina Aedilui Stephanus Noyzischek, et Joannes Kopena, Ludi rector Joannes Papay